

Tu igitur in virtute illius, a quo 'cuncta bona' procedunt<sup>5)</sup> et qui, 'ubi vult, spirat'<sup>6)</sup>, confisus, suscipe hoc onus a nobis tibi impositum, in quo 'agrum' domini, ut solita est tua prudentia, colendo 'fructus uberes' reddes deo<sup>7)</sup> et 'servus bonus' ab eo vocaberis<sup>8)</sup>, in cuius agricultura labores tuos impendes et qui 'centuplum' reddere consuevit.<sup>9)</sup> Aderit enim tibi salvatoris nostri benignitas et te in hoc tam laudabili exercicio ita adiuvabit, ita diriget actus tuos, ut preter laudem et famam hominum eterna premia, que sola appetenda sunt, suscipere merearis.

43 a nobis tibi: tibi a nobis *K* 44 et(2): ei *T*.

<sup>5)</sup> Vgl. *Eccle.* 3,11.

<sup>6)</sup> *Iob.* 3,8.

<sup>7)</sup> *Luc.* 12,16.

<sup>8)</sup> *Matth.* 25,21 und 23; *Luc.* 19,17.

<sup>9)</sup> Vgl. *Matth.* 19,29.

**1450 Dezember 29, Rom St. Peter.**

**Nr. 954**

*Nikolaus V. an NuK apostolice sedis legato. Er beauftragt ihn, den Streit zwischen Eb. Dietrich von Köln und dem Hg. von Kleve beizulegen.*

*Or., Perg. (Bulle an Hanfschnur): KUES, Hosp.-Arch. 20.*

*Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 394 f. 247r.*

*Druck: Raynaldus, Annales, ad a. 1450 n. 10 (Baronius-Theiner XXVIII 536); Martini, Nachträge 171-173.*

*Erw.: Hansen, Westfalen II 55\*; Krudewig, Übersicht IV 261 Nr. 24; Vansteenberge 90 Anm. 2 und 137 Anm. 3; Pastor, Geschichte der Päpste I 468; Koch, Briefwechsel 13 Nr. 69.*

Nicolaus *usw.* dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, apostolice sedis legato *usw.*

Cum procurante pacis emulo dissensiones et bella inter venerabilem fratrem nostrum Theodericum archiepiscopum Coloniensem et dilectum filium nobilem virum duces Cliensem dudum tempore felicis recordationis Eugenii pape iiiii predecessoris nostri fuerint exorta, nos postmodum pro illis sedandis dilecto filio nostro Iohanni sancti Angeli diacono cardinali, cum ipsum pro certis arduis nostris et Romane ecclesie negociis ad Alamanie partes legatum nostrum destinavisse, inter cetera commisimus, ut pacem et concordiam inter archiepiscopum et duces prefatos ponere et statuere procuraret. Qua in re tua quoque prudentia, cum esset in minoribus constituta, multum studii et opere impendit. Et cum nonnulla inter eos conventa ad pacem et ordinata fuissent, tamen nondum illius effectum vidimus, quem summopere desideramus. Cum igitur pax huiusmodi sit admodum nobis cordi, quoniam ex ipsis bellis et dissensionibus infinita pene mala sunt subsequuta et, nisi provideatur, securura videantur, nos cupientes, ut futuris bellis et scandalis, quantum nostra opera potest fieri, obvietur, circumspeditioni tue, quem ad easdem partes Alamanie nostrum legatum de latere presentialiter destinamus, ad civitates, terras, castra et loca ipsis archiepiscopo et duci subdita accedendi ac prefatos archiepiscopum et duces ac alios, quorum interest, ad pacem et concordiam exhortandi et requirendi illamque inter eos praticandi, componendi et statuendi ac etiam, ut inter ipsos concordata et conventa hactenus firmiter observent, suadendi et monendi ac treugas interim ad tempus, de quo tibi videbitur, de consensu partium indicendi omniaque alia et singula faciendi, agendi et exequendi, que pro bono pacis huiusmodi consequendo noveris expedire, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica facultatem. Nos enim proculdubio in misericordia altissimi et in tua sapientia speramus, quod tuis exhortationibus et operibus intervenientibus optatum fructum dicte pacis et concordie consequemur.

(*Nur im Register:*) Gratis pro persona d. cardinalis.

**1450 Dezember 29, Rom St. Peter.**

**Nr. 955**

*Nikolaus V. an NuK apostolice sedis legato. Er beauftragt ihn mit der Rückführung und Reform der Böhmen.<sup>1)</sup>*

Or., Perg. (Siegel ab): TRIER, Stadtarchiv, ehemals (Bucheinband von) Hs. 1760/1976, jetzt: Urk. C 13.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 394 f. 247<sup>v</sup>.

Druck: Raynaldus, Annales, ad a. 1450 n. 12 (Baronius-Theiner XXVIII 538).

Erw.: Keuffer-Kentenich, Beschreibendes Verzeichnis VIII 102 (mit falschem Datum 1454); Urbánek, Věk Poděbradský II 548f.; Vansteenberge 89 Anm. 2 und 218 Anm. 1 (Zitat nicht ganz richtig); Pastor, Geschichte der Päpste I 468; Koch, Briefwechsel 13 Nr. 70; Koch, Der deutsche Kardinal 8 (Kleine Schriften I 479); Odložilík, Hussite King 287 Anm. 84; Hofer, Kapistran II 109; Hallauer, Glaubensgespräch 57.

Der teilweise zerstörte Text des Originals ist nach dem Text im Register ergänzt.

Nicolaus usw. dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, apostolice sedis legato usw. Cum te ad partes Alamanie pro nonnullis nostris et Romane ecclesie arduis negociis legatum nostrum de latere destinemus, nos considerantes, quod tua sapientia in nostris et dicte ecclesie negociis magnis et arduis plurimum comprobata erit in reductione Bohemorum et ad reformanda illius regni loca  
5 multum fructuosa, tibi ad regnum Bohemie accedendi et in eo auctoritate [nostra] omnia et singula, prout in certis per nos tibi datis instructionibus continetur<sup>2</sup>), agendi, tractandi, paciscendi et componendi, que pro illorum reduc[tione], incremento fidei, nostro et sedis apostolice honore ac ordinis ecclesiastici exaltatione et bono regimine christolicarum in eo residentium ac animarum ipsorum [salute] videris expedire, ac in eodem, dum ibidem presens fueris, legati de latere officio fungendi et exercendi perinde, ac si ad illud  
10 legatus d[estinat]us esses, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica facultatem.

(Eigenhändige Unterschrift des Papstes:) Cardinali apostolice sedis legato servus servorum dei Nicolaus.

<sup>1</sup>) Die Legationsvollmacht für Böhmen ist aber auch schon in Nr. 952 enthalten.

<sup>2</sup>) Nicht überliefert; Koch, Der deutsche Kardinal 8 (Kleine Schriften I 479); Hallauer, Glaubensgespräch 57.

<1450 Dezember 30, Rom.><sup>1</sup>)

Nr. 955a

Notizen des NvK unter einer Supplik des Klosters Reichenau an Nikolaus V. zur Gewährung des Jubiläumsablasses für die Klosterangehörigen, die im Heiligen Jahr nicht selbst in Rom gewesen sind.

Kop. (Mitte 15. Jb.): STUTTGART, Landesbibl., HB I 209 f. 198<sup>r</sup>.

Erw.: Die Handschriften der Württembergischen Landesbibliothek Stuttgart. Zweite Reihe. Die Handschriften der ehemaligen königlichen Hofbibliothek 1. Codices ascetici 2 (HB I 151–249), beschrieben von V. E. Fiala und H. Hauke unter Mitarbeit von W. Irtenkauf, Wiesbaden 1970, 106.

In der Supplik bitten Brüder und Konvent, Novizen, Konversen, Familiaren und Untergebene von Abt und Kloster, da die Brüder ihr Kloster nicht verlassen dürfen, von den übrigen einige durch Alter, Krankheit oder andere legitime Gründe verhindert gewesen seien, möge der Papst ihnen die freie Wahl eines Beichtvaters gestatten, der ihnen alle Sünden einschließlich der dem apostolischen Stuhl vorbehaltenen nachläßt und ihnen denselben Ablass verleiht, den sie bei dem  
5 vorgeschriebenen Besuch in Rom gewonnen hätten. Die Billigung des Papstes wird in der Kopie durch die Bemerkung: Signatura domini pape angezeigt. Darauf folgt noch: Et fiat pro omnibus semel de reservatis et pro abbate et conventu semel ad instar Cisterciensium. T. Bei dem letzten Buchstaben handelt es sich um die Signatur T(homas) des Papstes Tommaso Parentucelli. Unsigniert schließt sich dann noch an: Et quod sola signatura absque alia desuper litterarum confectione sufficiat, concedere dignemini<sup>2</sup>). Dieser Bitte entsprach der Papst, wie das Fehlen  
10 der Signatur zeigt, offensichtlich nicht. Die Erklärung dafür ergibt sich aus den (im Original wohl insgesamt eigenhändigen) Bemerkungen, die NvK anfügt:

S. d. n. placuit, quod sola signatura sufficeret pro regulariter viventibus. Ni. cardinalis s. Petri. Nic. cardinalis s. Petri.

S. d. n. papa indulset pro tribus monasteriis, scilicet Augie Maioris, Sancti Blasii et Sancte  
15 Agnetis monialium<sup>3</sup>), scilicet quod omnes persone religiose regulariter viventes habeant indulgenciam ad instar Cisterciensium. Nicolaus cardinalis s. Petri manu propria.

<sup>1</sup>) Das Datum nach der sich f. 198<sup>v</sup> anschließenden Kopie der von Nikolaus V. dementsprechend am 30. Dezember 1450 ausgestellten Indulgenz; dieselbe, unter dem gleichen Datum: ROM, Arch. Vat., Reg. Lat. 462 f. 261<sup>v</sup>–262<sup>r</sup>.

<sup>2</sup>) D. h., Gewährung der Indulgenz allein kraft Supplikensignatur, ohne Ausstellung einer kostspieligen Bulle.

<sup>3</sup>) St. Agnes zu Schaffhausen.